

BREVIS ET

VERA HISTORIA

DE QVODAM, QVI NON ITA
PRIDEM FACTVS EST IN
SVEVIA EX PSEVDOCATHO-
LICO, CONFESSIONIS AV-
GVSTANÆ NEOPHYTVS.

Cum Compendiaria apologia.

AVCTORE

BENEDICTO MOREIO.



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.

M. D. LXVIII.

B E N E D I C T V S

MOREIVS CANDIDO

LECTORI. S.

 VVM Louanium his diebus venissem, ut nonnunquam soleo, & Patres Societatis Iesu salutassem, quam ego Societatem vehementer amo, ac suspicio, propter eximiam illorum Theologorum tum pietatē, tum doctrinam; propter singularem etiam quam huic calamitoso seculo afferunt utilitatem, quibus cum summa ab Hispania vsque mihi semper intercessit familiaritas. Rogo, ut valeatis Patres mei? quomodo sese habent res vestrae in superiori Germania? in hac scio (inquam) euersum collegium Tornacēse, à furiosis & impiis Geusiis; sed statim quasi substitutum illi esse Audomarense; & Tornacēse audiui ex parte

HISTORIA.

VENIT IN BELGIVM
 adolescēs mendicus qui-
 dam Calvinianus, hoc
 biennio opinor. Hic cū
 propter egestatem, ne
 inter hæreticos quidem & suos, vel ex
 stipe vitam sustentare, & grammatices
 studia tueri posset; induxit in ani-
 mum, sibi omnia maleficia licere; vt
 deprauat ac peruertit bonam etiam
 naturam hæresis. Induit igitur per-
 sonam iuuenis Catholici, pij, modesti;
 esse se exulem propter Catholicam fide-
 dem in animo cōseruandam, effingit:
 multa passum ab hæreticis, vix ab eorū
 manibus elapsū; conijcere licet alia,
 quæ poterant causam inopis, & exulis,
 ac si velis Cōfessoris, cōmendare; & cer-
 tiorem fucū facere. Sunt Louanij, vt in
 multis Germaniæ ciuitatib⁹, Socij Iesui-
 tæ; hi religiosū vitæ institutū tenēt, quod
 eò spectat, vt omnibus ferè ministerijs
 Ecclesiasticis, vtilē suā operam Ecclesiæ
 Catholicæ probēt. Quos ego homines
 scio studiosis egenis benè cōsulere sole-